

in se vim continent mandatorum, ipsas in nostri iuris iniuriam et contemptum admittere hactenus neglexistis. Quapropter devocionem vestram nunc denuo rogamus, volentes pariter et mandantes vobisque auctoritate regia districtius iniungentes, quatenus, facientes de necessitate virtutem¹, memorato Gos(wino), quem favore prosequimur gratioso, de prebenda, si qua ad presens in² vestra vacat ecclesia vel quam primum ad id se facultas obtulerit, studeatis pro nostra et imperii reverencia adeo prompte et liberaliter providere, quod nostra serenitas, in persona ipsius³ G(oswini) se senciens honorari, vos et vestram ecclesiam condignis ubilibet debeat prevenire favoribus et honoribus prosequi gratiosis nec nos oporteat ratione vestre rebellionis et contumacie⁴ contra vos pro nostris et imperii iuribus conservandis stimulum querere compellentem. Datum *in tali loco etc.*

Es handelt sich unzweifelhaft um denselben Gos(win), auf den sich der unten folgende Text n. 9 bezieht.

4.

König Albrecht I. beauftragt den Empfänger, das Kapitel des Bartholomäusstifts in Frankfurt am Main aufzusuchen und die Bitten des Königs um Aufnahme des Syb(oto) als Kanonikus zu unterstützen. 1298—1308.

Deputacio promotoris negocii parte absente
(fol. 109 nach n. 9).

Al(bertus) Dei gratia . . talibus gratiam suam et omne bonum. Affectantes ex animo, ut preces nostre hon(orabilibus) viris . . decano et ca(pitulo) in Frank(enfurt) pro honesto viro tali [oblate⁵], quod ibidem recipiatur in canonicum et in fratrem, effectum optatum, prout pluries spes circa predictum capitulum nobis data extitit, sorciantur, te nostrum et ipsius Sy(botonis) constituimus monitorem, volentes, ut, facultate habita et oportunitate captata, dictum capitulum ex parte nostra adeas ac ipsum ad providendum prefato Syb(otoni), prout dicta spes suggerit, moneas et hortaris. Datum *etc.*

Nicht bei Boehmer-Lau, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt I. II, 1901/5. Syb(oto) begegnet unten in

1) In dem gleichen Zusammenhang begegnet dieselbe Redensart ausser in dem genannten Mandat Rudolfs in einem Formular aus der Kanzlei Ludwigs des Baiern (ed. Bresslau, N. A. XIV, 433, n. 3).

2) Es folgt das getilgte Wort 'vacat'. 3) Die Hs. hat 'ipsi'. 4) Eb. 'continencie'. 5) Von mir ergänzt.